

bentis, restringi potuissent per articulum. At vero quia res quædam ita latè patent, ut propter summam sive generalitatem sive latitudinem, quâ unicuique non possunt non innescere, restriktione non habeant opus, hinc adeò fit, ut præter morem aliorum nominum non æquè latè patentium articulum respuant, ut h. l. Conf. Matth. XXVII. v. 61.

18. Concordiæ Ecclesiasticæ nota propria & quasi formalis ratio.

CAP. XIII.

Vers. 1.

E"*χομα*) pro *εὰν ερχομα*. Germ. eodem modo.

4. *Ei*) pro *εἰπε*, licet, quamvis.

4. *Ἐξ*) per, ratione, respectu. Etenim licet crucifixus sit *σφετη infirmitatis*, quæ adjacebat ipsi humanæ naturæ in diebus carnis suæ, attamen vivit per potentiam Dei, qui erat (& adhuc est) in ipso, ipsum vivificando, imò vivit per virtutem *Αόγυς* in ipso personaliter habitantis, adeoque ipsius æterni Dei unius cum Patre & Spiritu S. essentiæ.

5. *Ti*) aliquantulum. Nisi aliquantò imperitiores estis, scil. in cursu fidei vel Christianismi vestri.

7. *ἄμειν*) pro *φαινώμειν*, simus i. e. esse videamur.

II. *Kαὶ*) tūm, utique *ἀποδούκον*.

IN EPIST. AD GALATAS.

CAP. I.

Vers. 1.

Paulus Apostolus, non ab hominibus, neque per homines, sed per Jesum Christum (c.) Hieron. ex hoc vers. colligit quatuor genera vocatorum. 1. qui à Deo immediate vocati. 2. qui per homines mediatè & legitimè vocati. 3. qui ab hominibus quidem sed illegitimè vocati, scil. ex favore populi, vel malis artibus. 4. qui à seipsis vocati, ut falsi Doctores, qui currunt non missi.

R

13. K^aS'